B.

(6)

Inclytum Officium Superintendentiale!
Domini Colendissimi!

Erga honorificas Praetitulati Officii Superintendentialis Literas ddto 8ª cur. modo mensis et anni, hisce officiose significo; Quod Georgius Hormiss Capellanus olim Dni Parochi Neuersiensis, de ausu insinuato, jam pridem sua via mihi denunciatus extiterit, ac eorum mox investigationem etiam ordinaverim; Idem interim, Accepta seria imprudentis ausus sui improbatione, investigationis eatenus ordinandae scopulos suo ad Dioecesim Csanadiensem transitu praevenerit. Illo idcirco ad Dioecesim Csanadiensem effective recepto existente, quandoquidem jurisdictioni meae amplius haud subesset, petitam satisfactionem Praetitulato Officio Superintendentiali, me impendere haud posse, ultro perspiciet Idem Inclytum Superintendentiale Officium. Quod dum hisce significarem, constanti cum promptitudine, et cultu persevero.

J. Officii Superintendentialis
Vacii die 30ª Octobr 803.

Obligatissimus servus
Alexander Gödönyi Kapin.

J. Officio Superintend. Transtibiscano Eccl. Reform.

[illegible] 13. Jan. 1803.

7.

1804 jan

A Váczi Főisp. Consistorium
a Pénzes Kiadásról

vacio

Inclyto Officio Superintendentiali Ecclesiarum Helveticae Confessionis Transtibiscanarum Dominis Colendissimis.

Ex offo.

per Szolnok

Debreczini